



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Tergestae in Istria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

*Quod si calum imis vellet mutare supremas,  
Hand alii poterat plenius esse lotis.*

## TUMULUS PACUVII.

Adulescens, tametsi properas, hoc te saxum rogar ut se  
adspicias: deinde quod scriptum est legas. Heic sunt Poëtae  
Pacuvii Marci sita ossa. Hoc volebam nescius ne esses.

## IN CORSICA.

Hieronymus de Monelia legatus in hanc insulam Cor-  
sicæ pro magnifico officio S. Georgii Commissar. ut  
populos precedentis anni rebellione nondum constantes  
in pace ac officio contineret. Armis atq; prudentia rem.



## TERGESTAE IN ISTRIA.

## EPITAPHIUM PUERI.

*M*e longè effigie venustior em  
Narcisci vel Apollinis comati  
Parcarum Lachesis soror severa  
Isti Quinterinem dedit sepulcro.  
Cur non flosculus exeam requiris,  
Cum tantum fuerim puer decorus?  
Hac tellus nimis arida est viator,  
Nostris facta perustione amoris.  
Nam terram quoque laetus amorem decore.  
Quod si lacrymulis tuis madescet;  
Forsitan flos novus ibit e sepulcro.

## IN ZAZYNTHO.

M. TULLI CICERO HAVE, ET TU  
TERTIA ANTONIA.

S ij

## IN TEMPLO MARIAE.

**A**ndreas Vesalii Bruxellensis tumulus, qui obiit an:  
M. D. LXIV. Id. Octob. ætatis verò suæ LVIII. cùm  
Hierosolymis rediisset.



PANORMI IN SICI-  
LIA SUPRA PORTAM  
quandam extat

CONFESSIO FIDEI MAHOMETICÆ  
linguâ Chaldaicâ, in hanc sententiam.

**N**on est alius Deus præter unum Deum. Non est alius  
potens, præter eundem Deum. Neq; est alius vicer,   
præter eundem quem colimus Deum.

*Interim de Christo verbum nullum.*

## PARASITI EPITAPHIUM.

**V**iatores, cives optimi, vel advenæ, sive bini, sive singu-  
li inceditis, sive turmatim, quod magis erit gratis:  
sistite, offirmate gressum: nec miremini, si moramini ali-  
quantisper. Dicaculus equidem fui: succinctus sermo dari  
vobis non potest: juvat yobiscum esse, ac ab ore meo pen-  
dulos detinere, ut juvit semper. Saxū hoc vos vocat. quid,  
inquam? vivus assuevi, prudens, imprudēs, mortuus item  
vos fallo. nam non vos vocat, quod vacat ore, verū is,  
quojus cinis hic latet, olim quom potuit, nunc huc vos  
vocari voluit, valuitq; hoc. hæc olim sua voluntas volen-  
tes vos legere hoc scriptum: vah quid loquor? immōscul-  
ptum: quam ægræ veritas adhuc se tecum conciliat! nam  
neq; hic atramentum, vel papyrus, aut membrana ulla  
adhuc, sed malleolo & celte litteratus silex, silens adhuc.  
Quid hic latet, latè quod ego efferrī, & effari gestio? Ser-  
tius Pollensis parasitus, histrio vester festivissimus, heic  
cubo;